





1705
1. Meier, Franciscus Sargius: De jure et processu nuptiarum
inquisitoris ab ecclesiasticis privilegiis.

1. Struik, Franciscus Philippus: Oratorialis ineq. jurisdictio,
L'abus jurisdictionis individuum sufficientem thesibus
quibusdam illis strictum.

2. Struik, Franciscus Philippus: De legibus clericorum hypothecis.
in bonis parentum

3. Struik, Franciscus Philippus: De publicis ineq. jurisdictio.
L'abus testamentum quibusdam parentis inter clericos
et normam juris examinationem.

4. Struik, Franciscus Philippus: De judiciis publicis.

5. Tonzell, Immanuel: De judiciis processibus ordinariis
et summaris.

6. Struik, Fr. Philippus: De actionibus, quae ex malis
nummeris et actionibus competunt.

1705.

7. Streit Winckel, Severus Methodus: De Dolo, culpa et eam
prohibito

1706.

1. Guentherus, Fructus: De privilegiis absolutum

2. Streit, Joann. Phil: De Commercio humano sive
veri contractibus

3. Streit, Joann. Philippus: De viciis curiosis

4. Streit, Joann. Philippus: De eo, quod circa g~~er~~
negotiorum gestionem jectum est.

5. Streit, Joann. Philippus: De ^{antichresi} ~~eo~~, quod circa no

6. Streit, Joann. Philippus: De quatuor quartis

1707.

1. Streit, Joann. Philippus: De mendaciorum peccato

2. ^{a. b. L.} Kantasack, Fridrich Georg: Specimen juris privati
album in capitulis de jure Helveticis et pactis
3. Meier, Johann Heinrich: De veterum in collegiis
prescriptionibus. Von Verzug collegialischer Stimmen.
4. Meier, Johann Heinrich: De testamenti vitio viri
viti et iavintati, nec non de legitiis contra-victis
ex l. pen. et ult. l. c. de test. viri: Had. 7. tab.
5. Meier, Johann Heinrich: De eo, quod ipse jus
fit.
6. Meier, Dr. Philippus: Quaestiones de ad test. ff
de quaestioibus.
7. Treiber, Dr. Philippus: De lege alicuius personam
pensionem. Von Gens bei Sperrung und Quoten.
8. Treiber, Joh. Phil: De differentia inter legatum
et quatuor Treib

1. Ziegler, Philippus Henricus: De reposito et divortio

1708

1. Hundt, Henricus Augustus: De iuramento cum sacramento

2. Luescher, Fridr. Guilel. C. Peritorem proceus victorem
in expensis condemnatum

3. Meier, Iohannes Henricus: De rescriptis summi principis
et magistratus inferiores vulgo in Keyse
luden Befehlschreiben.

4. Meier, Ioh. Henricus: De absolutioe innocenti
et delicto.

5. Thust, Ioann. Philippus: De constitutionibus
principum casumque interpretationem

1708

6. Treber, Joannes Philippus : De proterolabioribus inferis. Von Schusterhafften Vorklage.
7. Treber, Joannes Philippus : Aphorismos mentales infeste respondentos.
8. Ziegler, Rudolphus Nicolaus : De combinatione vitalitatis







1707,6 533.
21
QVÆSTIONES XI.

Ad Tit. ff. de Qvæstionibus.

DEO FAVENTE

AMPLISSIMO FACULTATIS JURIDICÆ SENATU
ANNUENTE

SUB RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO
REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DN. PHILIPPI VVILHELMI,
S.R.I. COMITIS de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARII INTIMI ET
CAMERARII nec non METROPOLITANARUM ECCLESiar. MOGUNTINÆ
& TREVIRENSIS CANONICI CAPITULARIS respectivè SENIORIS,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARII INTIMI ac CIVITATIS TERRITORIÛVE
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPIS, &c. &c.

SUB PRO-RECTORATU MAGNIFICO & PRÆSIDIO

DN. JO. PHILIPPI Streit / J. U. D.

Regiminis Electoralis Moguntini Consiliarii, Facultatis
JURIDICÆ p.t. DECANI &c.

IN ALMA ELECTORALI HIERANA

Pro Summis in Utroq; Jure Doctoratus
Honoribus

Publicæ disceptationi expositæ

JOHANNE PAULO SEEHUBER,
Ordinis Senatorii Erfurtensis Causarumque Tutelarium
Officiali.

IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM MAJORI
die Januarii MDCCVII. hora octava.

ERFURTI, Imprimebat Georgius Henricus Müllerus.

ONESTION E 2 XI

Ad Tit. ff. de Ovestitionibus

DNO FAVENTE

AMISSIO FACILITAS IUDICIS SENATI

A INHIBITE

US RESTORATO MAGNIFICENTISSIMO

LETTERRIMISSIMI & ILLUSTRISSIMI DOMINI

DN. PHILIPPI VILHELMI

SRI COMITIS DE BOMBERG

SACRAE CAESARIS MAJESTATIS CONSILIARI INTIM ET

CAMERARI nec non METROPOLITANARUM ECCLESIAE MOGUNTINAE

& THEVINCENSIS CANONICI CAPITULARIS DECANI SENIORIS

ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS ARCHIEPISCOPI COMITIS

ELIANI IN RHODANO & CANTONARUM

BRUNSVICENSIS ARCHIEPISCOPI

SUB PROTECTORE IN MARCHIA & TRASSIDIO

IM JO PHILIPPE COMITIS

Legatione Electoris Moguntinensis, Cantons

BRUNSVICENSIS ARCHIEPISCOPI

IN NOMINE ELECTORIS ARCHIEPISCOPI

Electoris in Archid. hinc Doctoratus

CHANCELLARII SENATU

...

...

...

...

...

...

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO

^{ac}
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D O M I N O

JOH. PHILIPPO
FRANCISCO

S. R. I. COMITI

de SCHÖNBORN,

DN. IN REICHELBERG ET WEILER,

ECCLESiarUM METROPOLITANÆ MOGUNTINÆ ET CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS, NEC NON

COLLEGIATÆ ad S. BARTHOLOMÆUM FRANCO.

FURTI CANONICO CAPITULARI ET RESPECTIVE PRÆPOSITO

EMINENTISSIMI ac CELSISSIMI ARCHIEPISCO-

PI MOGUNTINI ac PRINCIPIS ELECTORIS

CONSILIARIO INTIMO

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

227

R E V E R E N D I S S I M O I N C R I S T I A N I S M O

E X C E L L E N T I S S I M O D O M I N O

D O M I N O

J O H A N N E P H I L I P P O

F R A N C I S C O

S R A C O M I T I

D E S C H Ö N B O R N

I N I A R S I C H T S E R E T W E I L E R

E C C L E S I A R I U M M I T R O O F F I C I I M O G E N

T I N E E T C A T H E D R A I S H E P R O V I N C I E N O N

C O L L E G I A S S E R T H O M A E F R A N C O

F O R T I C A N O N I C A P I T U L I E T R E S P

C I V I S P R E S B I T E R I

E M I N E N T I S S I M I A R C H I E P I S C O

E T M O G U N T I A A C P R I N C I P E L E C T O R

C O N S E R V A T O R I O

D O M I N O A L I O C E L S T O R I A N O



555

REVERENDISSIME
ILLUSTRISIME

&
GRATIOSISSIME DOMINE,
DOMINE!



Um, quod Reipublicæ in hoc
quo fungor officio serviam, u-
nic Illustrissimo parenti Tuo
alteri inter Germaniæ & Eu-
ropæ Sapientes Soloni, ejus-
que gratiosissimæ recommendationi debe-
am, Merito gratitudinis lex exigere vide-
batur, ut hos meos labores Ejus Illustrissi-
mo Nomini consecrarem, Sed, quum videam
illum quasi jam Gloriæ saturum, in Filios
tanto Patre dignissimos virtutis & sapien-
tiæ suæ hæredes paulatim quidquid huma-
ni

22
ni habet, derivare, æquū duxi Filio Ejus, non
tam fortunā quam suis meritis rarisque & o-
mni admiratione dignis dotibus REVEREN-
DISSIMO jam ET ILLUSTRISSIMO præsentis
positiones juridicas inscribere. Nihil quidem
in illi tanti verticis honore & exquisitā pru-
dentiā dignum est, est tamen in offerente
animus tam illustri Familiæ, tam digno, o-
mnibusque numeris absoluto Præsuli æter-
num devotus, quem cum re nullā alia te-
stari potuerit, nisi modico hoc & exili labo-
re, velut publicā profundissimæ obligatio-
nis & gratitudinis professione, nihil ultra
habet, quod desideret, quam ut post illu-
strissimi patris gratiam REVERENDISSIMUM
QUOQUE & ILLUSTRISSIMUM FILIUM, TE IN-
quam, dignissime Præsul, habeat gratiosum.

REVERENDISSIMÆ ILLUSTRISSIMÆ ET
GRATIOSISSIMÆ DOMINATIONIS TUÆ

Servorum Infimus

JOANNES PAULUS SEEHUBER.

de 3. 20



QVÆSTIO I.
An licita sit Tortura?



Ubitant aliqui novaturientes, sed affirmat communis ex toto *vir. ff. de quest.* qui quamvis de servis loquatur, ratio tamen & rei publicæ utilitas, imo necessitas communi praxi subnixa etiam ad personas liberas extendit, non obstante D. Augustini Auctoritate, qui dum torturæ usum licitum negare videtur, nimia tantum de sævitia Romanis oppido familiari venit intelligendus; ut vult *Hammoldus.*

QVÆSTIO II.
Quinam torqueri possint?

Regula est: torqueri omnes posse, nisi qui *jure excipiuntur.* Excipiuntur in universonum viri *Eminentissimi, perfectissimi & clarissimi,* usque
A 2 ad

ad nepotes & pronepotes, nisi hi, per quos ut gradu propiores privilegium ad reliquos erat devolvendum, quoquo modo sint infames per *l. Divo Marco 11. C. hoc tit.* veniunt autem nomine clarissimorum virorum Senatores *l. Senator. 11. C. de dignit.* quorum privilegio etiam gaudent mulieres, sequunturque conditionem mariti quam diu ei nuptæ fuerint *l. mulieres 13. C. eodem.* Huc revocantur omnes in roga Republicæ in primis subfelliis aut officiis fervientes, prætores, consules, legati publici, antecessores, patricii, consulares decuriones cum filiis *d. l. Divo Marco* etiam depositis officiis *l. nihil 17. C. de quest.* Simili privilegio sagati gaudent & quidem à primis ordinibus usque ad milites ipsos gregarios, eorumque filios, iis solis exceptis, qui ignominiose sunt soluti *l. milites 8. C. de quest.* videturque hoc privilegium ita universale (quod tamen hodierna praxis ex parte maxima abolevit) concessum Romano militi, quia Respublica maxime virtute militum erecta, & ad tantam amplitudinem perducta est. Atas excipit minores. *l. 15. §. de minore ff. h. tit.* Infirmas mulieres gravidas. Pietas, ne pater in filium torqueatur
aut

aut contra, vel frater in fratrem *l. 1. §. 10. ff. h. tit.*
 nec libertus in Patronum *d. l. 1. §. 9. h. t.* nec
 servus in dominum *ex l. 1. §. 5. h. t. &c.* Crimen
 læsæ majestatis ob atrocitatem perimit o-
 mnem exceptionem solo jure positivo intro-
 ductam *l. de minore §. 1. ff. h. t.*

QVÆSTIO III.

Quibus in casibus quæstio haberi
 possit?

RESP. pro criminibus in quibus poena capita-
 lis imponitur, tortura statui potest, qualia sunt
 crimen læsæ majestatis vel fraudati cerisus *C.*
questionem 12 q. 2. beneficii l. 3. C. de quest. sup-
positi partus l. super statu 9. C. eodem. pro fal-
sitate testamenti l. cum testamentum C. eodem.
 pro rebus ab hæreditate subtractis *l. fin. C. eodē.*
 si testes vacillent tam in causa civili quam cri-
 minali *l. 21. §. si veroff. de testib. in auth. si testis C.*
d. Test. l. ex libero 15. & l. unius §. testes ff. de quest.
 quin & propter mendacium torqueri quis po-
 test *Bart. in l. fin. ff. de quest. cons. Rom 8 & pro fur-*
to Bart. in l. 12. ff. de quest. hæc tamen omnia ita
 moderanda & intelligenda sunt, ut crimen ex
 omnibus circumstantiis capitale censeatur.

QVÆSTIO IV.

Quando procedendum ad quæ-
stionem & quibus casibus?

REsp. ad quæstionem procedendum est in iis casibus, in quibus veritas aliter erui nequit. Paulus *in l. edictum divi Augusti de quest.* unde si convictus sit reus, superfluum & crudele est extorquere tormentis confessionem; nulloq; jure vel ratione nituntur, qui asserunt reum debere esse convictum & confessum, ad quid enim veritas ultra per rãam acerba media inquiritur, si aliunde admissum scelus satis jam pateat.

QVÆSTIO V.

Quis possit decernere Quæstio-
nem.

REsp. patet privatos non posse instituere quæstionem, sed nec iudex pedaneus per se illam instituit. Bart. *in l. 3. ff. de Jurisd. om. Jud.* Et *in l. si ea, C. de his quibus ut indig.* Et *in l. defensores C. de defens. civ.* est ergo illius iudicis decernere quæstionem, qui habet jus gladii summosque gradus meri imperii, ex cuius

com-

7. 20
Commissione delegati iudices moderandis
tormentis interfunt.

QVÆSTIO VI.

Quæ indicia prærequirantur ad
quæstionem.

RESP. sine præviis indiciis, aut præviis & non
sufficientibus, quæstionē experiri nefas est, nec
enim à quæstionibus incipiendum est in cau-
sa criminali *l. diuus 9. l. maritus 20. Et l. pen.*
ff. de quæst. quod usque adeo verum est, ut tor-
tus & confessus sine indiciis sufficientibus o-
mnino nihil sibi præjudicet, etiamsi in con-
fessione perseveret Greg. Thol. *Syntag. l. 48 c. 12.*
pag. 784. mihi. Sed rogas quænam sint indicia
sufficientia? Resp. in universū talia esse debent,
quæ simul cum confessione probent plenè con-
tra reum, seorsim autem semiplenè. Nec enim
ex solis aliquem præsumptionibus damnari vel
torqueri fas est *l. absentem ff. de poenis.* Indicia
talia sunt confessio socii in quæstione. Quamvis
enim de jure communi quis non debeat inter-
rogari de sociis delicti *l. repoti 16. ff. de quæst. l. fin.*
C. de accusat. glossæ in *l. non ideo minus,* & i-
bi Baldus *C. de accusat.* communis tamen praxis
ca.



eaque iusta derogavit huic legi; adeoque ut
 locius torqueatur in socium indicium facit.
 Exciperem crimen Magiæ, in quo socius in so-
 cium indicium facere non videtur, vel enim
 magus non est, & socium magiæ habere ne-
 quit cum non entis nullæ sint qualitates, vel ve-
 re talis est, & ex professione inimicus est, aut si
 sincere poeniteat spectro diabolico innocentis
 personam referente (id enim aliquoties a dæ-
 mone factitatum legimus) in conventiculis
 deceptus esse potest. Subinde pro iudiciis est
 suspicio gravis, supplet ut quando servi torque-
 antur pro criminibus adulterii *C. quæstionem 27.*
qv. 2. itē si maritus uxori vel hæc marito mor-
 tem quovis modo machinari inventa fuerit,
 tunc enim de tota familia quæstionem habe-
 ri posse sine discretionem imperatores statue-
 runt *in l. ult. C. ad l. corn. de Sicar.* idem juris
 est, si agatur de occiso Domino ut liquet ex tit.
 ad Sc. Silanianū, & hæc tamen non ita simpli-
 citer accipienda videntur, sed in iis forte casu-
 bus, ubi ex circumstantiis aliis colligitur in
 communionem sceleris servos vel familiam
 allegantes venisse, æquitati enim repugnare
 videtur domesticum, hoc ipso quod dome-
 sti.

sicut est, indicii deficientibus, propter a-
 lienum scelus, quæstioni subicere, si præsertim
 admissum facinus tale sit, quod ut plurimum
 clam aliis agitari & perpetrari solet. Illud et-
 iam hic quæritur: an si quædam indicia con-
 tra reum, alia pro eo faciant, his posteriori-
 bus priora illa elidantur? affirmat communis
 Boc. q. 161. n. 10. ubi ita iudicatum ait Greg.
 Tholol. loco uti supra. Enim vero in obscu-
 ris benignior sententia amplectenda est, l. sem-
 per in obscuris ff. de regulis juris. C. in pœnis eo-
 dem in 6. & una præsumptio aliam tollit l. cum
 de indebito ff. de probat. l. divus ff. de in inte-
 grum restit. In Specie bona fama vitaque alias
 sine noxa acta elidit indicium contrarium l.
 de minore §. plurimum ff. de quest. Porro, quæ
 indicia in particulari sufficiant, determinare
 difficillime est, nec alia lege quam prudentis
 iudicis arbitrio hæc res circumscribi potest, ut
 enim ait Romanus orator orat. 6. in Verrem. Est
 boni iudicis, parvis ex rebus conjecturam fa-
 cere, unius cujusque & cupiditatis & conti-
 nentiæ sceleris patrati. Ille ipse certa designati
 sceleris signa prodit orat. 3. in cat. inquit: ac
 mihi quidem cum illa certissima visa sunt ar-
 B gu-

752
 gumenta atque indicia sceleris: tabellæ, signa, manus, denique unius cujusque confessio, tum multo certiora illa color, oculi, vultus, taciturnitas, sic enim constupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim non nunquam inter se conspiciebant ut non alius ab aliis judicari sed ipsi inter se viderentur &c. An vero post quæstionem, in qua confessus fuerat, sceleris negatio recens faciat indicium, ut tortura ex hoc præcise capite repeti possit, nec affirmare nec negare audeo. Vel n. praxin vel rationem damnare videbor. Si quid tamen exercitii causa in medium asferre liceat, dicere audeo; non facere sufficiens indicium admissi sceleris, præsumitur enim in quæstione impatientiâ dolorum confessus esse, quo circa etiam aliquo post quæstionem habitam intervallo ad eam liberè ratificandam accessisse, quo casu si denuo neget, negando potius priorem suam confessionem, quam personam suam suspectam facit. Præsumitur enim prudenter illa prior confessio potius quæstionis dolore, quam veritatis amore facta fuisse, id quod vel maxime locum habet, si quæstio acerbior solito fuerit. Si enim unquam, certe in hoc casu, an-

anceps inveniendæ veritatis remedium est, habetque locum illud Romani oratoris in orat. pro Sylla: Illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque tum animi tum corporis, regit quæsitior, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut tot in rebus & angustiis nihil veritati loci relinquantur. Illa quæstio magis implexa est: an, si reus ad ratificandū evocatur, nec affirmet nec neget, sed omnino minis & svasionibus omnibus surda aure transmissis obstinatus taceat, isthæc taciturnitas, sufficiens ad repetendam torturam indicium videatur? Haunoldus taciturnitatem hanc interpretatur, iteratam confessionē. Quasi, inquit, diceret uti cæcus ille: audistis jam, quid iterum vultis' audire? *Joan. 9.* rationem affert; qui tacet consentire videtur, at quo minus Haunoldo consentiam, præter supra dicta illud etiam obstat: quod prædictum Brocardicum, qui tacet consentire videtur, in favorabilibus locum habeat, non item in odiosis. In his enim negare potius videtur; quamvis in casu nostro negatio hæc tantum præsumpta sit, adeoque multo minus consequenter ad superius dicta, ad quæstionem ite-

randam, ad poenam vero ordinariam infligendam omnino non sufficiat. De eo etiam dubitari potest: an effata mathematicorum & maleficorum, an sortes certo modo & numero mistæ, item an in casu homicidii emissio sanguinis, an animalium & in specie canum insultatio, in eodem crimine indicium faciant ad quæstionem? Primum quod attinet, merito *Carolina art. 21.* prohibet: ne quorum indicium, qui malas artes tractant, quæstioni subiciatur, quin potius ejusmodi divinatores puniantur, id quod & juri nostro consonat *l. item apud labeonem 15. §. si quis astrolog. l. ff. de injur. 9. nemo C. de mathemat. ratio legis est, quia Dæmon actor in hac scena primarius, mendaciorumque pater & artifex, ac homicida ab initio, facile periculum innocentium causabit, sed nec urna aut sortibus uti licet, quamvis enim in lege veteri hoc modo indagare verum autoritate saltem publica licuerit, Deo scilicet dirigente, sortes suamque hoc modo palpabili providentiam rudi & cervicoso populo inculcante, nostro tamen Christiano tempore præter Dei tentationem ejusmodi mediis nequaquam uti licet, ne ad capturam qui*

quidem, multo minus ad torturam. Non enim amplius ejusmodi acribus Deus intererit, ad suæ justitiæ & providentiæ ostensionem, de qua Christianus populus sola jam fide, quæ novæ legis anima est, satis persuasus videtur, nec emissio sanguinis in occisi cadavere indicium contra eum facit, qui præsens est, quidquid post aliquos sentire videatur *Greg. Thol. Synt. L. 36. C. 20.* habet enim hoc profluvium causas ignotas & omnino abstrusas, adeoque non constat, an præcise ex *occultis*, ut aliqui volunt, pathematis, quæ occisus in animo adversus occisorem habuit, quorumque vestigia & impressionem perdurare aliqui censent, in humoribus defuncti orientur, an vero ex aliquo alio capite, aere v. g. à circumstantium halitu rarefacto & agitato, ut non nemo olim existimavit, proinde nec adversus præsentem indicium facit: Adde quod & ejusmodi phænomenis facile mille artifex Dæmon, insinuare se possit, & ex odio ibi capitis periculum causare. De canibus heri, occisorem vestigantibus, & latratu defegentibus, aliter decidendum esse videtur. Novimus quippe non raro hoc indicio delectos fuisse homi-

cidas, ut vetera satis jam nota præteream. No-
 stris temporibus Margaretha Cordona, Nobi-
 lis Hispaniæ amassii, cui novennio integro fœ-
 de convixerat, cadaver sub strue lignorum ca-
 telli indicio & perpetuo latratu, reperit, inven-
 tura haud dubiè & occiforem, si adfuisset. Sci-
 turenim, quam pertinaci fidelitate hoc ani-
 mal pro hero depugnet, qua audacia in vafores
 aggrediatur, quo odio prosequatur, qua saga-
 citate deprehendat, quæ cum omnia natu-
 raliter fiant & cuivis pateant, omnino existi-
 mandum est, incertis circumstantiis animal
 ejusmodi sufficiens indicium facere posse. De
 fama etiam dubitatur: an, & quatenus reū gra-
 ver; in qua re existimo famam per se & sim-
 pliciter (cum plerumque temere spargatur)
 nihil omninò probare, nisi ostendatur ex ejus-
 modi argumentis orta esse, quæ per se gravia
 sunt vid. Alciat *l. 1. parerg. c. 6. Et c.* talia au-
 tem sunt, si persona hujusmodi simile aliquid
 jam antea admiserit *l. capitalium §. solent ff.*
de pœnis. si ejusdem criminis causâ semel jam
 quis tortus fuerit. Quamvis enim tortura pur-
 get, imo mortificet indicia usq; adeo, ut ex il-
 la reus purior exire dicatur, quam intraverit,
 no-

102 15. 20

novis tamen indiciis in eodem causæ genere supervenientibus, priora illa quasi reviviscunt, & juncta posterioribus reum gravant, 2. si visus fuerit conversari cum hominibus prudenter in eodem scelere suspectis, intellige conversatione assidua vel frequenti, maxime immediate ante perpetratum scelus *Greg. Thol. Synt. l. 48.* uti supra 3. si præcesserint homicidium injuriæ verbales, minæ prolatae à suspecto. *Boc. q. 163.* vel si alias lis eaque vehemens sit inter læsum & suspectum, *l. properandum C. de jud. 4.* Si accedat accusatio constans & jurata læli, nam & hæc licet nihil probet, accusatum tamen quadantenus gravat *l. qui sententiã C. de pœnis l. si quis gravi ff. ad Sc. Silaniam. 6.* fuga suspecti post admissum scelus, Baldo facit semiplenam probationem *gl. & Baldus in l. admonendi ff. de jurejurando,* imo Saxonico jure pro confesso fugiens habetur, limita tamen nisi alias easque rationabiles suæ fugæ causas allegare & probare atque ita fugæ vitium amoliri possit, non enim omnis qui solum mutat, aut urbe locoque excedit, fugisse putandus est. Animus proinde abeuntis cū cæteris circumstantiis inspici debet, *vid. l. quis sit*



sit fugitivus §. idem ff. de edil. edicto. 7. Si aliqua
 res suspecta inveniatur in loco maleficii, puta
 vagina, gladius, calceus, &c. C. tuanos X. §. fin.
 de homicid. Alberic. l. indicia certa C. de rei
 vindic. id ipsum dic, si ex rebus ad corpus deli-
 cti spectantibus aliquid in ædibus suspecti in-
 veniatur, ut res furtiva, nam & hoc indicium
 prægnans est. Hucusque de indiciis eorum-
 que qualitate & pondere: nunc ad ultimum
 quæri potest, an iudex reo, antequam proce-
 datur ad quæstionem, edere teneatur capita in-
 dicatorum, ut respondeat de super. Dd. variant,
 ut videre est apud *ful. Clarum l. 5. sententiar. ju-
 ris §. fin. in præct. crim. q. 64. n. 28.* ubi resolutio-
 opinionem esse communẽ, si petat edi debere;
 sin minus, posse sine editione iudicem ad tor-
 turam pervenire. Veruntamẽ, quam prompte
 priori parti hujus decisionis assentior, tam prom-
 ptè cenfeo negandam posteriorem, omnino-
 q; iudico: etiam non petenti edi debere. Profe-
 cto enim iudex omnem, quantum fieri potest,
 cautelam adhibere debet, ne damnet inno-
 centem, at certe ad majorem cautelam pro-
 derit, edere indicatorum capita reo etiam non
 petenti, hæc ergo iudex edere debet. Acce-
 dit, quod id fiat in causis civilibus, occur non
 item

item fiat in criminalibus? cum hæc sint ma-
 joris momenti; non bona externa, sed etiam
 corpus & vitam perant; profecto de sua Gal-
 lia testatur Tholosanus: moris ibi esse, ut,
 antequam sententiâ quæstio decernitur, reus
 evocetur, atque à judice examinetur ut re-
 spondeat liberè quæ voluerit, visisque re-
 sponsonibus ex scripto, statuatur, num exce-
 ptiones aliquæ ab illo afferantur, quæ indicia
 elidant &c. Hæc ille. Ad quæ consequenter
 dicendum erit: indicia etiam in scripto com-
 municanda advocato rei, ut, antequam pro-
 cedatur ad quæstionem, quæ contra oppo-
 ni possunt, rite decernantur. Verbo: cum tor-
 tura sit medium extraordinarium & anceps,
 atque æque facile, innocenti quam reo nocere
 possit, mitissime agendum, atque omnia
 omnino experienda, omnisque possibilis de-
 fensio reo concedenda est, licet hac subinde
 occasione ille elabatur. Præstat enim decem
 nocentes dimittere, quam innocentem unum
 perimere; ipseque Salvator monet: non esse e-
 radicanda Zizania, si ea absque damno & pe-
 riculo boni hominis eradicari nequeant; quo
 simili aliud nihil exprimere voluit, quam: non

C

lice-

non licere uti iis medijs ad tollendos reos, quæ periculum, præsertim grave, in fontibus causare possent. Debet itaque in hac parte lex Christiana moderari legem Romanam, & mansuetudo fidelium corrigere sævitiam gentilium.

QVÆSTIO VII.

Quo ordine ad torturam deveniendum sit?

Resp. cum quæstio sit malum atrox, quod sola necessitas inter Christianos licitum faciat, ambiguum præterea & anceps, si præcipitetur & in modo excedatur, lege sancitum est: ne à tormentis incipiatur *l. 1. §. 1. ff. de quæst. omnes* itaque viæ tentandæ sunt, ut veritas alio modo eruatur, monendo, svadendo, producendo testes, confrontando, quibus nil proficientibus, ordine quodam seu per gradus, ut vocant, ad quæstionem veniendum est. Horum autem graduum apud plerosque recensentur tantum quinque (1.) minæ (2.) conductio ad locum tormentorum, (3.) Spoliatio & ligatura (4.) elevatio in Eculo (5.) succussio per funem & lapsum adhibentur,

tur, mollior hic gradus per ordinem ideo, ut si inquisitus vel accusatus sit, eo melius possit præmunire animum contra dolorem, ne quid falsi in caput suum nuncietur, si vero durior sit & tormentorum patiens, ut ipse prius timore maceratus, eo citius verum in tormentis fateatur. Quo circa æquum est, nunquam & nullibi hunc ordinem ex quocunque prætextu omitti debere, nisi evidenter omnino constet: reum esse animi ita obstinati, ut priores quatuor gradus omnino contempturus sciatur, qua etiam ratione iudico moram interponendam esse, eaque pendente, syasiones aliave media miscenda, cum experientia testetur, pertinaciam, quæ tormentis non frangitur, tractu temporis & mediorem vicissitudine feliciter emolliiri. Caveat autem iudex, ne reo ostensa spe vitæ confessionem exprimat. Nec enim ejusmodi confessio attendi ullatenus poterit in ferenda condemnationis sententia. Præsumitur enim falsa potius quam vera dixisse, cum amore vitæ, & tormentorum timore mentiamur facile omnia, ubi spes affulget hæc evadendi & illam servandi, quod usque adeo verum nobis videtur, ut non tan-

tum in promissione vitæ expressa, sed etiam in tacita, quam verbis obscuris facimus, locum habeat. Rogabis: an ommissio ordinis supra præscripti processum vitiet? nihil quidem de hoc expresse auctores, si quid tamen exercitationis gratia dicendum est, affirmativa præplacet: cum lex præcipit non esse à tormentis incipiendum, non tantum vult, ne absque iudiciis ad quæstionem procedatur; *d. l. 1. ff. de quæst.* sed & hoc, ut viæ prius mediæ veritati eruendæ applicentur. Utrumque enim legis litera proprie loquitur; adeoque utrumque jure æquo servandum erit, ne reus obruatur & in difficili negotio, consilio & ratione, adeoque & sufficienti libertate destituatur.

QVÆSTIO VIII.

Quo genere tormentorum sit
utendum?

RESP. oportet hic iudices esse ingeniosos, sine tamen crudelitate; unde illorum abominamur sævitiam, qui in novis, iisque atrocibus tormentorum generibus excogitandis totum sunt, adeoque prima illa suæ crudelitaris inven-

venta primi etiam omnium merito gustare & experiri deberent, ut Perillus ille tauro aeneo, quē ex cogitaverat injectus. Execramur proinde tormenta omnia, quæ nobiliores & delicatiores corporis partes affligunt, aut destruant: ut tormenta inediae, vigiliarum, quibus animales Spiritus, nobilissimum vitæ instrumentum, absumentur. Quamvis enim aliquam adhuc pietatis speciem habere videantur, reum tamen à defensione sui magis impediunt, quam numellæ, taxilli, mantile, pondera &c. Cum partem hominis nobilissimam destruant. Quemadmodum autem ad inventio novorum tormentorum improbatur, ita mansuetudini Christianæ parum admodum convenit, ad reos in quæstione constantiores terrefaciendos, lictores & carnifices ferociore adhibere, qui modo agendi tumulto & ad terrorem composito, minis, item terroribus, reos antequam quæstioni subjiciantur, vix non exanimant, & imbecilliores subinde ad mentiendum in caput suum adigunt. Derestabilius adhuc & ab omni Christiana pietate alienum est permittere, ut mediis occultis extra naturæ ordinem

utantur, v. g. iuscula certo modo præparata
 forbere cogant. Nec tolerandi sunt carnifi-
 ces hac in re vel leviter suspecti; quia etiam
 reus jure optimo contra suspectos hujusmodi
 protestari poterit. Quemadmodum, si ex in-
 diciis cum naturalium causarum serie cohæ-
 rentibus quæstioni subjiciatur, ex eodem capi-
 te improbamus iudicum eorum paxin, qui in
 ipso tormentorum æstu, reum increpant, ur-
 gent. Tam enim hoc, quam illud, à pietate &
 mansuetudine Christiana alienum est; reos
 etiam trahere ad quæstionem tenui victu ma-
 ceratos, nescio quâ æquitatis specie fieri pos-
 sit. Quamvis enim in hoc casu major afful-
 geat spes, verum facilius eliciendi, majus ta-
 men etiam periculum subest, ne reus tor-
 mentis succumbat, atque in iis vel viribus lin-
 quatur, vel tormentorum exquisito sensu ad
 fingendum quidlibet adigatur. Verbo: facilius
 adhuc condonandum erit iudici, si lenitatis
 excessu reos decem dimiserit, quam excessu
 crudelitatis innocenti unico capitis periculum
 accersat.

QVÆ-

588.

23. 23

QVÆSTIO IX.

Quis modus sit adhibendus in tormentis?

REsp. de hac re extat *L. 7. ff. de quest.* quæstionis modum magis est Judices arbitrari oportere, itaque quæstionem habere oportet, ut reus salvus sit vel innocentia vel supplicio. Itaque ejusmodi moderatio adhiberi debet, ne membrorum usû miser capiatur, fiatque ad aliquos humana vitæ vel opificii sui actiones impotens, si judicis sævitia, cui quæstionis negotium committebatur contra accidat, is ad victum vel alimenta misero præbenda, condemnandus erit, aut in ejus defectu is, qui commisit. Debat enim scire quid ab eo timendum, quidve sperandum sit, cui negotia hujus modi committuntur.

QVÆSTIO X.

Quid sentiendum de communi praxi, quæ reum quæstioni subicit, ad exprimendam socii confessionem?

REsp. videtur hic cum distinctione proceden-



882

24. 20

dendum. Velenim quæritur: an liceat, fervente quæstione rei, interrogatoria alia etiam immiscere? v.g. illud: an non habuerit socium, vel complicem criminis, vel: an liceat reum de se vel voluntarie, vel sponte, vel in confessione confessum, porro quæstioni subijcere ad extorquendam socii confessionem? Si de priori agatur: licere iudico, dummodo iudex generaliter interroget, & non super persona speciali, hoc enim, ut ait *L. 1. §. 21. ff. h. t.* alterum suggerentis potius quam interrogantis esset, adeoque mentiendi tormentorum impatientiâ occasionem suggerit, aut saltem mendacium, si quod reus in animo habet, faciliat. Aliquoties enim fieri potest, ut socium fingere volentes, sed præ nimia turbatione in illo æstu non potentes, hac iudicis suggestione ad mentendum expeditius adjuventur. Quoad secundam distinctionis partem, iudico reum ad socii confessionem extorquendam interrogari quidem absque violentia, quæstioni tamen subijci nequaquam posse per *tex. express. in l. Repeti ff. h. t.* cuius rei ratio assignatur quidem à glossâ: ne scilicet de propria vita desperans, alteri etiam periculum caulet. Mihi tamen

men non placet, meliusque dici videtur, si rationem legis hanc esse dicam, quia quaestio remedium per se anceps, & dubium magis anceps redditur, si in illa de periculo alieni capitis agatur. Quam enim difficilis est quilibet ad fatendum aliquid contra se, tam est facilis ad fatendum contra alium, praesertim si tormentis ad id adigatur, & quam de vita nostra tuenda solliciti, tam de aliena incurri sumus, ut experientia lugenda docet, idque locum habet vel maxime, si indicia talia sint, crimenque ejusmodi, ut ab uno solo sine aliorum ope committi potuerit. Uti enim super crimine simpliciter interrogare non licet, nisi indicia adsint, ita perinde super circumstantiis criminis, inter quas societas referri potest, inquirendum non est, nisi ad id indicia adsint. An autem confessio duorum reorum de socio, ab iis jam super veram exomologesin reconciliatis & jam jam ad iudicis interrogationem confirmata non sufficiat, ut socius habeatur pro convicto, & simili morte damnetur? quaestio est. Praxis stat pro negativa, an vero etiam ratio? de hoc certe magnopere dubito. Adquid enim unius ejusmodi Rei enun-

D

cia-



ciatio habetur pro indicio vehemēti, imo pro semiplena probatione, cujus denunciatus quæstioni etiam subijci potest, & tamen duorum denunciatio non habebitur pro plena probatione? docet profecto praxis: denunciatione socii socium ita gravari, ut pariter quæstioni subijciatur, id quod sine probatione semiplena fieri nequit, habeturque ergo pro tali probatione confessio socii quæstioni subiecti, eccur ergo duorum denunciatio pro plena probatione non habebitur? Dices: testes in hoc casu esse infames, adeoque non audiendos, at tu audis unum, ad torquendum socium, infamia non obstante, quidni etiam audies duos ad condemnandum, eadem infamia non obstante? profecto praxin hanc quomodo cum ratione conciliare possis, nullatenus perspicio, licebit itaque exercitationis gratia defendere: In hoc casu ad condemnationem, tanquam reo convicto, procedi posse, non obstante § 5. *l. testium 3. ff. de testib.* Ubi à testimonio dicendo arcetur, qui iudicio publico damnatus est, utpote infamia aspersus, quamvis enim tortus & confessus sit jam condemnatus ore proprio, non dum tamen est

588.

27. 20

est condemnatus iudicio publico, adeoque nondum in rigore infamis est, proinde denunciatio sub quaestione ante sententiam facta, nondum appellari potest, vigore hujus legis, testimonium testis infamis, valetque juncto alterius socii testimonio ad convincendum tertium correum.

QVÆSTIO XI.

An gravatus in uno delicto, etiam quaestione interrogari possit super aliis criminibus?

Resp. id nequaquam licere. Enim vero indicia unius criminis non sunt indicia alterius; nec infertur ex uno genere aliud delicti genus inconnexum. An vero adversus reum circa alia etiam delicta homogenea, quaestio urgeri potest? v. g. Titius Cajo furatus crimen sub quaestione fatetur: an porro exerceri poterit, & interrogari, protracta quaestione, an non furatus etiam aliàs sit? si rationem penso, dicere cogor non posse. Quamvis enim delicta sint homogenea, non tamen necessario connexa sunt, adeoque indicium, quod

D 2 me



me gravat in furto uno, non me per se gravare potest in alio, proinde nec quæstio ad aliud illud furtum, cujus nulla ad sunt indicia, extendi potest, nec illud hic locum habet: semel inventum decies factum. Nihil enim aliud per hoc denotatur, quam generalis aliqua præsumptio, quæ tamen, uti ad incipiendam, ita nec ad protrahendam quæstionem sufficit.



ULB Halle
002 716 64X


3



S. 6.







1707,6 553. 21

QVÆSTIONES XI.

Ad Tit. ff. de Qvæstionibus.

DEO FAVENTE

AMPLISSIMO FACILTATIS JURIDICÆ SENATU
ANNUENTE

SUB RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO
REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DN. PHILIPPI VVILHELMI,
S.R.I. COMITIS de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARII INTIMI ET
CAMERARII nec non METROPOLITANARUM ECCLESIAE MOGUNTINÆ
& TREVIRENSIS CANONICI CAPITULARIS respectivè SENIORIS,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARII INTIMI ac CIVITATIS TERRITORIIQVE
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPIS, &c. &c.

SUB PRO-RECTORATU MAGNIFICO & PRÆSIDIO

DN. JO. PHILIPPI Streit / J. U. D.
Regiminis Electoralis Moguntini Consiliarii, Facultatis
JURIDICÆ p.t. DECANI &c.

IN ALMA ELECTORALI HIERANA

Pro Summis in Utroq; Jure Doctoratus
Honoribus

Publicæ disceptationi expositæ

JOHANNE PAULO SEEHUBER,
Ordinis Senatorii Erfurtensis Causarumque Tutelarium
Officiali.

IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM MAJORI
die Januarii MDCCVII. hora octava.

ERFURTI, Imprimebat Georgius Henricus Müllerus.